



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnia hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Lvtherus Antichristi praecursor, cum totius Mu[n]di stupore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

memoriam Ecclesiam numquam sine honoris præfatione usurpauit, qui cum cœlis commercium habuerunt, quique decies mille mortes subire, quam vnam Fidei syllabam corrumpere maluis sentijs, inquam, quorum gloria in omnia futura sæcula perdurabit, audeant æquiparare.

Quid? an Soles illos, quorum claritas mille Mundis illustrandis satis esse possit, à Luthero lumen mutuatos credimus? An purissimas illas animas, quæ ab omni imperfectione & iabe actiones, immo & cogitationes suas defæcatae studierunt, impuro illo monacho, ex sanctimonialis complexibus calenti in disciplinam se tradituros fuisse existimamus? O Luther! miserrime! Potuisse tu quidem ab illis lumen mutuari, potuisse veram doctrinæ & morum regulam ab eis disce- re; sed tu, velut talpa in tenebris illis tuis ca- uernis sepultus latere, quam salutaribus illis Ve- ritatis radijs illuminari & ex cæco & amictuoso illo errorum tuorum labyrintho educi prælegisti. At vos, o Lutherani, Numquid Midæ illius similes estis, qui inconditam & stridulam Satyri fistam suauissimis tot Apollonum fidibus præferre non dubitatis? Apagite igitur ad rudes illos & Barbaros Schytas, qui hinnitu equia aut asini ru- gitu magis, quam Mysico concantu delectantur. Missos vos facio in hoc Mundo, qui vos procul dubio in altero illo alio oculo quam nunc intue- bimini, dicentes: Nos insensati vitam illorum (Ca- tholicorum, Papistatum, Monachorum &c.) esti- mabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter San- ctos fors illorum est. Ergo erramus, & lusititia lumen non affulxit nobis &c.

## DE DIVERSIS MALORVM QVÆ sequuta sunt prodigijs.

### CAPUT XII.

#### ARGUMENTVM.

- I. Lutherus Antichristi præcursor, cum totius Mundi stupore.
- II. Depredigij & quætunc apparuerunt.
- III. Tres Soles in celo vix sunt.
- IV. Itemque tres Luna.
- V. Plurime Eclipses Lutheritatem tempore conspecta.
- VI. Astrologorum de ipsis iudicia.

I. POSTEAQVAM tam Orientalis quam Oc- cidentalis Ecclesia monachum illum, qui primum claustris monasterij sui pertupris, omni proculcata subiectione & obedientia, ad pileum quasi omnes vocarat; qui Catholicæ Ecclesiæ antiuitati superbissime illuserat, qui tot sedicio- nes, tot bella excitauerat & aluerat, nouam deni- que religionem, & nouum quasi Deum Mundo inuexerat, tandem sine vlo missionis suæ testimo- nio, mortuum vidit; non sine causa profecto hunc ipsum & si non Antichristus ipse fuerit, præ- cursorem tamen eius fuisse, plerique vera pierate & doctrina præstantes viri arbitrati sunt. Præter- quam enim quod Lutheri nomen, sicut alibi à nobis dictum est, (a) numerum illum Antichristi nempe 666, præfert: ipse etiam, quantum in se fuit, iuge illud Missa sacrificium aboleuit, sacrosanctæ Eucharistia elevationem atque adorationem prohibuit, quod Antichristum facturum S. Hippolytus præ- dixit; ab ipso denique consuta religio in multis illi similis est quam ab Antichristo imperatum iri prædictiones testantur: præter hæc omnia, in- quam, multa signa & prodigia, qua aduentum vltimi illius Christi aduersarij, qui in sacra Scriptura etiam homopœcati dicitur præcessura sunt, Luther- ro in Ecclesiam grassante, apparuerunt. De signis vero illis & prodigijs quum cœlestium ille rerum secretarius in sua Apolypsi, tum ipse Dominus no- ster Iesus Christus in Euangeliotestatur, ex quibus præcipua sunt quod Sol lugubri vultu terribilis, Luna obscurabitur, planetæ & omnes alterationem quan- dam sentient, mare fremens terminos à natura positos egreditur, bello, pele, same homines ad desperationem usque affligentur.

II. Hæc vero omnia Lutheri sæculura vidi; quo admirabiles fuerunt Planetarum combustio- nes, & totamq; stupendæ Eclipses, stellarum vero præcipue errantium terribiles formæ apparuerunt; Sol ferrugineo, mox sanguineo vultu conspicien- dum se præbuit: & crux nigra, itemque aquila & leo mutuo se complexi, toti quasi flammis lucentes visi sunt. Recens ante confederationem Principum Germania, inqui Peucerus Lutheranus, cum Gallie rege, Anno MDL circa tertiam à Sole exortu horam, XXI. Martij consperimus Parelia, qua nitore propemo- dum Solem antecellebant. Erant arcu connexa Iridu va- riato coloribus, & in Occasum vergente, quæ consegue- bantur duo alijs, corniculata specie, minores multo & an- gustiores ipsorum insignes coloribus, seq; exteriore contingē- tes ambitu Eorum alter conuersis in Sole cornibus, auer-

a Lib. I. cap. 5. n. 2.

M m 2

alt